



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum creaturæ spirituales sua naturali virtute possint miracula facere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad septimum dicendum, q̄ ea quae a natura sunt etiam a Deo. Sed ea quae Deus miraculose facit, nō sunt a natura: & ideo ratio non procedit. Et p̄terea natura operans est causa manifesta nobis, Deus autem est causa occulta: & propter hoc magis miramur opera Dei, quam opera naturae.

Ad octavum dicendum, q̄ monstra licet fiant contra naturam particularem, non tamen sunt contra naturam vniuersalem.

Ad nonum dicendum, q̄ incarnatio verbi est miraculū miraculorū, vt sancti dicunt, q̄ est maius omnibus miraculis, & ad istud miraculū oīa alia ordinantur: & propter hoc nō solum est inducens ad alia credendū, sed etiam alia miracula inducit ad hoc, q̄ ipsum credatur. Nihil enim prohibet, unū miraculū inducere ad fidem alterius: sicut resuscitatio Lazari inducit ad futurā resurrectionē credendū.

ARTICVLVS III.

Utrum creaturae spirituales sua naturali virtute possint miracula facere.

Tertio quaeritur utrum creaturae spirituales sua naturali virtute possint miracula facere. Et v̄ sic. Quod enim potest virtus inferior, multo magis potest virtus superior: sed virtus creaturae sp̄sualis est supra virtutem naturae corporalis: vnde dicitur Job 41. Non est potestas super terrā, quae ei possit comparari. ergo creatura spirituales potest facere illos effectus quos natura facit. Quando autē effectus naturalis sit nō a causa naturali, sed occulta, est miraculū. ergo creatura sp̄sualis potest facere miracula.

¶ 2. Praet. Quanto aliquid est magis actiuum, tanto aliquid est magis actiuum, eo q̄ vnumquodq; agit in quantum actu est: sed forma quae sunt creaturae rationales, sunt magis actiuales quam formae quae sunt in creatura corporali, eo q̄ sunt magis immateriales. ergo sunt magis actiuae. Sed forma quae sunt in natura corporali produciunt sui similes in natura, ergo multo magis possunt hoc facere formae, quae sunt in mente creaturae spirituales: & sic poterit creatura rationalis facere effectus naturales praeter causas naturales, quod est miraculosum.

¶ 3. Praet. Intellectus angeli est propinquior diuino intellectui, q̄ intellectus humanus: sed in intellectu humano sunt aliqua forma actiuae, quae sunt in intellectu practico, vt forma artis. ergo multo fortius in intellectu angeli sunt formae actiuae, nam ideas in intellectu diuino constat esse maxime actiuas. Sed dices, q̄ formae actiuae quae sunt in intellectu angeli, applicantur ad effectum mediante corporali agente, sicut etiam formae intellectus humani.

¶ 4. Sed contra. Omnis virtus quae non potest exire in actum nisi mediante instrumento corporali, frustra datur alicui, nisi detur ei organū corporale (frustra enim potentia motiua esset data animali, nisi darentur ei instrumenta motus) sed angelo non est naturaliter corpus vnitum. ergo virtus sua non requirit ad sui operis executionem corporeum actiuum.

¶ 5. Praet. Omnis virtus quae excedit proportionem sui organi, potest habere aliquā actionem praeter illud organum, quia enim oculus non adaequat virtutem totius animae, efficit anima multas operationes nō per oculum: sed corpus nō potest esse proportionatū ad totā virtutē angeli. ergo potest angelus effectus aliquos facere nō mediante corporibus: & sic videtur, q̄ virtute naturae suae possit miracula facere.

¶ 6. Praet. Plus excedit virtus angeli omnē virtutem corporeā, quā corpus caeli excedat elementaria cor-

pora. sed ex virtute celestis corporis sunt aliqui effectus in istis inferioribus absq; actionibus qualitatiu actiuarum, & passiuarum, quae sunt propriae virtutes elementorū. ergo multo fortius ex virtute angeli potest aliqui effectus in rebus naturalibus produci nō mediante virtutibus corporum naturalium.

¶ 7. Praet. Secundum Augustinum in tercio de Trinitate corpora a Deo p̄ spiritū virtū rationalem reguntur, & hoc idem dicit Greg. in 4. Dial. & sic v̄, q̄ motus coeli, & totius naturae sit ab angelis, sicut motus humani corporis est ab anima: sed ab anima imprimitur forma in corpus p̄ter virtutes naturales corporis actiuas. ex sola enim imaginatione aliquid calefit, & in frigidatur, & incurrunt quae febre vel et lepra, vt medici dicunt. ergo multo fortius ex sola cōceptione angeli mouentur caelum, praeter actionē causarum naturalium: potest sequi aliqui effectus in istis inferioribus: & sic potest angelus facere miraculum. Sed dices q̄ hoc accidit ex eo q̄ anima est forma corporis, non autem angelus est forma corporalis creaturae.

¶ 8. Sed contra, quicquid prouenit ex anima per eius operationem, prouenit ex ea in quantum est motor, non in quantum est forma (non enim per operationē anima est forma corporis, sed motor) praedicta autem impressiones, quae sunt in corpus ab anima, sequuntur impressionem alicuius imaginantis. ergo non sunt ab anima in quantum est forma, sed in quantum est motor.

¶ 9. Praet. Ex hoc Deus mirabilia facere potest, quia eius virtus est infinita. Sed in libro de Causis dicitur quod virtus intelligentiae est infinita, praecipue ad inferius: quod etiam probari potest ex hoc, quod mouet motum coeli, vt ostensum est: qui natus est esse sempiternus: sempiternum enim motum mouere non potest nisi virtus infinita, vt probatur in 8. Phisicorū. ergo videtur quod angeli possint miracula facere etiam naturali virtute.

¶ 10. Praet. In lib. de Causis dicitur, q̄ virtus omnivota plus est infinita quam virtus multiplicata. Et ibidem Comm. dicit, q̄ quāto virtus intelligentiae magis aggregatur, & vnitur, magnificatur, & vehementior fit, & efficit operationes mirabiles: loquitur autē ibi Comm. de naturali virtute intelligentiae (nam virtutem gratiae nō cognouit) ergo angelus sua virtute naturali mirabilia facere potest. Sed dicendum, q̄ angelus potest mirabilia facere nō virtute propria: sed virtute naturalibus rebus a Deo indita. applicando huicmodi res ad effectum, quem intendit.

¶ 11. Sed contra, Applicatio huicmodi seminū naturalium, in quibus existunt actiuae virtutes naturae ad effectum aliquem, esse non potest nisi per motū localem: sed eiusdem rationis esse v̄, q̄ corpora obediunt vel non obediunt substantiae spirituali ad motum localem, & alios motus: nam quilibet motus naturalis habet propriū, & determinatum motorem. ergo si possunt angeli suo imperio applicare huicmodi semina ad effectum naturae per motum localem, poterunt etiam per motum alterationis vel generationis formam aliquam in materia inducere ex solo imperio, quod est mirabilia facere.

¶ 12. Praet. Eiusdem virtutis, s̄m genus est imprimere formā in materia, & impedire ne imprimatur. sicut enim virtute corporis forma ignis inducit in materia ita virtute alicuius corporis talis forma inducit in pedis: sed virtute sp̄sualis creaturae impedit, ne ab angelo naturali forma in materia imprimatur: dicit enim esse potest q̄ virtute alicuius scripti, aliquid in igne positus non fuit cōbustus: q̄ planū est nō fuisse operationis diuinae.

nae, quae pro meritis sine aliquibus scriptis, poenas a sanctis suis repellit, & sic remanet, quod fuerit factum demonis virtute. ergo videtur, quod pari ratione fieri possit, quod spiritualis creatura ex solo imperio formam in materia inducere possit absque corporali agente. Et nihilominus hoc ipsum miraculosum videtur, quod homo in igne positus non comburatur: sicut patet in miraculo trium puerorum.

¶ 13 Præter. Nobilior est forma, quae est in imaginatione & in sensu, quam forma, quae est in materia corporali, quæ est magis immaterialis: sed spiritualis creatura in phantasiam & sensum potest imprimere aliquam formam, ut videatur aliquid aliter quam sit. unde dicit Augustinus in 18. lib. de Ciuit. Dei, Nec sane demones naturas creant: sed specietenus quæ a Deo vero sunt creata, commutant, & postea subiungit, quod hoc fit per immutationem phantasie. ergo multo fortius potest imprimere formam in materiam corporalem, & sic idem quod prius. Sed dicendum, quod immutatio phantasie a demone non fit per hoc, quod noue forme imprimantur: sed per compositionem & diuisionem formarum præexistentium.

14 SED CONTRA, Anima est nobilior quam natura corporalis. Si ergo demon per suam virtutem potest facere illud, quod est propria operatio anime sensitivæ, scilicet componere & diuidere imagines, videtur quod multo fortius possit facere sua virtute operationes naturæ corporeæ, & sic idem quod prius.

¶ 15 Præter. Sicut se habet virtus ad virtutem, ita se habet operatio ad operationem: sed virtus angeli non dependet a virtute creaturæ corporalis. ergo nec eius operatio ab operatione creaturæ corporalis, & sic præter naturales causas potest miraculose operari.

¶ 16 Præter. Sicut facere aliquid ex nihilo est infinitæ virtutis, propter infinitam distantiam entis ad nihil: ita reducere aliquid in actum de potentia, subest virtuti finitæ: inter virtutes autem finitas maxima est virtus angeli. ergo angelus sua virtute potest educere in actum omnes formas, quæ sunt in potentia materia, absque actione alicuius causæ naturalis, & sic idem quod prius.

¶ 17 Præter. Omne agens impeditum agit, & patitur: sed angelus agens in ista corporalia nullo modo patitur ab eis. ergo non impeditur quin sua actione possit miracula facere præter causas naturales agendo.

SED CONTRA, Ex hoc Deus miracula facit, quod natura est ei subiecta, non est autem subiecta angelis: non enim angelis subiectis Deo orbem terre, ut dicitur ad Hebræos 2. ergo angeli sua naturali virtute miracula facere non possunt.

¶ 2 Præter. Augustinus dicit in tertio de Tri. quod non est putandum angelis transgressoribus ad nutum ferre corporalia rerum materiam: seruiret autem eis si ex virtute suæ naturæ creatura spiritualis miracula facere possit, ergo miracula facere non possunt.

RESPON. Dicendum quod Augustinus in secundo de Tri. postquam quoniam ista pertractauerat, diligenter concludit sine, Mihi oino vile est, ut meminerim virtutem meam, fratresque meos ad meam, ut meminerit suam: ne ultra quam tutum est, humana progrediar infirmitas: quæ admodum non hoc faciant angeli, vel potius quæ admodum Deus hoc faciat per angelos suos, nec oculorum acie penetrare, nec fiducia rois enucleare, nec propectu mentis comprehendere valeo: ut tamen certus loquar ad omnia, quæ requiri de his rebus possunt, quæ si essent Angelus, aut Propheta, aut Apostolus. Unde, & hac moderatione adhibita absque assertionem, & sententiam melioris præiudicio procedendum est, quantum ratio & auctoritas poterit adiuuare. Sciendum est ergo quod

A circa hanc quæstionem inueniuntur philosophi dissensisse. Auicenna namque posuit, quod substantia spiritualis, quæ celos mouet, non solum mediante celesti motu effectus in inferioribus corporibus causat: sed etiam præter omnem corporis actionem, volens quod materia corporalis multo magis obediat conceptioni, & imperio prædicto spiritualis substantiæ, quam contrariis agentibus in natura, vel cuiuscumque corpori agenti. Et ex hac causa prouenire dicit, quod quodamque inusitata permutationes fiunt aeris, & infirmitatum curationes, quæ nos miracula appellamus. Et ponit exemplum de anima, quæ corpus mouet: ad cuius imaginationem absque omni alio corporali agente transmutatur corpus, & ad calorem, & ad frigus, & quæque ad febrem vel lepram. Hæc autem positio, satis conuenit principiis ab eo suppositis: ponit enim quod agentia naturalia solummodo disponunt materiam. Formæ autem substantiales sunt a substantia spirituali, quam appellat datorem formarum: unde de materia ex naturali ordine obedit spirituali substantiæ ad recipiendum ab ea formam, & ideo non est mirum si etiam præter ordinem corporaliu agerium, aliquas formas solo imperio in materiam imprimat. Si enim materia obedit substantiæ separatæ ad receptionem formæ substantialis, non erit inconueniens si obediat ad recipiendum et dispositiones ad formam: hoc enim patet esse minoris virtutis. Sed secundum opinionem Aristotelis & sequentium eum, hoc non potest stare: probat enim Aristoteles duplici ratione, quod formæ non imprimuntur in materia ab aliqua substantia separatæ, sed reducuntur in actum de potentia materiæ per actionem formæ in materia existentis.

B Quorum primam ponit in 7. Metaph. quia secundum quod ibi probatur, id quod fit proprie, est compositum, non forma vel materia: compositum enim est quod proprie habet esse: omne autem agens agit sibi simile. unde oportet, quod id quod est faciens res naturales actu existere per generationem sit compositum, non forma sine materia, hoc est substantia separatæ. Alia probatio ponitur in 8. Physic. quia cum idem semper natum sit idem facere, quod aut generatur uel corrumpitur, vel alteratur, aut augetur vel diminuitur, non semper eodem modo se habet, oportet quod illud quod est generans, & mouens secundum huiusmodi motus, non sit semper eodem modo se habens, sed aliter, & aliter: hoc autem non potest esse substantia separatæ, quia omnis talis substantia est immobilis: omne enim quod mouetur, corpus est, ut in 6. Physic. probatur. Unde id quod est immediata causa reducens formam de potentia in actum per generationem, & alterationem, est corpus aliter, & aliter se habens secundum quod accedit, & recedit per motum localem. Et inde est, quod substantia separatæ suo imperio in corpore causat immediate motum localem, & eo mediante causat alios motus, quibus mobile acquirit aliquam formam, & hoc rationabiliter accidit. Nam motus localis est primus, & perfectissimus motuum, utpote qui non variat rem quantum ad rei intrinsecam, sed solum quantum ad exteriorum locum: & ideo per primum motum suum, localem, corporalis natura a spirituali mouetur. Secundum hoc ergo corporalis creatura obedit imperio spirituali, secundum naturalem ordinem ad motum localem, non autem ad alicuius formæ receptionem. quod quidem intelligendum est de natura spirituali creatæ, cuius virtus, & essentia est limitata secundum determinatum genus, non de substantia spirituali increata, cuius virtus est infinita, non limitata ad aliquod

C potest stare: probat enim Aristoteles duplici ratione, quod formæ non imprimuntur in materia ab aliqua substantia separatæ, sed reducuntur in actum de potentia materiæ per actionem formæ in materia existentis.

D Quorum primam ponit in 7. Metaph. quia secundum quod ibi probatur, id quod fit proprie, est compositum, non forma vel materia: compositum enim est quod proprie habet esse: omne autem agens agit sibi simile. unde oportet, quod id quod est faciens res naturales actu existere per generationem sit compositum, non forma sine materia, hoc est substantia separatæ. Alia probatio ponitur in 8. Physic. quia cum idem semper natum sit idem facere, quod aut generatur uel corrumpitur, vel alteratur, aut augetur vel diminuitur, non semper eodem modo se habet, oportet quod illud quod est generans, & mouens secundum huiusmodi motus, non sit semper eodem modo se habens, sed aliter, & aliter: hoc autem non potest esse substantia separatæ, quia omnis talis substantia est immobilis: omne enim quod mouetur, corpus est, ut in 6. Physic. probatur. Unde id quod est immediata causa reducens formam de potentia in actum per generationem, & alterationem, est corpus aliter, & aliter se habens secundum quod accedit, & recedit per motum localem. Et inde est, quod substantia separatæ suo imperio in corpore causat immediate motum localem, & eo mediante causat alios motus, quibus mobile acquirit aliquam formam, & hoc rationabiliter accidit. Nam motus localis est primus, & perfectissimus motuum, utpote qui non variat rem quantum ad rei intrinsecam, sed solum quantum ad exteriorum locum: & ideo per primum motum suum, localem, corporalis natura a spirituali mouetur. Secundum hoc ergo corporalis creatura obedit imperio spirituali, secundum naturalem ordinem ad motum localem, non autem ad alicuius formæ receptionem. quod quidem intelligendum est de natura spirituali creatæ, cuius virtus, & essentia est limitata secundum determinatum genus, non de substantia spirituali increata, cuius virtus est infinita, non limitata ad aliquod

E

Opinio Auicennæ lib. 9 Met. 6-4.

Li. 7. co. 25. 27. & 28. 1.

Li. 6. co. 85. et quæ ad 90. co. 2.

18. c. 18. um ante lid. 10. 5.

3. c. 8. in c. 1. par. or. ar. 2. inf. lib. 2. fo. 8. me. to. 3.

Lib. 4. cap. 8.
& 9. & 10.

genus secundū regulā alicuius generis. Et huic opi-
nioni quantum ad hoc consentit fides. vnde Aug.
dicit in 2. de Trin. q̄ angelis nō feruit ad nutum ma-
teria corporalis. In hoc tamen differt sentētia fidei
a postione Philosophorum: Philosophi. n. predicti
ponunt substantias separatas mouere, suo imperio
celestia corpora motu locali: motum autem localem
in istis inferioribus non causari immediate a
substantia separata, sed ab aliis mouentibus natura-
liter, aut voluntarie, aut violenter. Vnde, & Alexan.
Commen. oēs effectus qui attribuuntur a nobis an-
gelis, vel demonib⁹ in istis inferioribus, attribuit im-
pressioni corporum celestium, quod non v̄ suffi-
cienter esse dictum. Nam hui⁹ effectus nō sunt ali-
quo determinato cursu: sicut ea quæ sunt p̄ actio-
nem naturalem superiorū, vel inferiorum corpo-
rum. Et præterea aliqui effectus inueniuntur, in quos
nullo modo corpora celestia possent: sicut q̄ virgē
conuenterentur statim in serpentes, & multa huius-
modi. Fidei autem sententia est, q̄ non solum cor-
pora celestia suo imperio moueant localiter: sed et
alia corpora Deo ordināte, & permittente. Mouent
ergo localiter suo imperio corpora, in quibus est
vis actiua naturalis ad aliquem effectum producen-
dum, quæ Aug. appellat naturę semina, & sic opera-
tio eorū nō erit per modū miraculi, sed per modū
artis. In miraculis. n. produciunt effectus absq; actio-
nibus naturalibus, a causā supernaturali: producere
autem aliquē effectū, quem vel natura producere
non potest, vel non ita cōuenienter, mediāte actio-
ne principiorum naturalū, artis est. Vnde Philoso-
phus dicit in 2. Physic. q̄ ars imitatur naturam, & quādā
perficit, quæ natura facere nō pot. in quibusdā etiā
naturam iuuat. Sicut medicus iuuat naturam ad san-
dandum, alterando, & digerendo, per appositionē
eorū quæ ad hoc naturalem virtutē habent. In effe-
ctibus autē hui⁹ produciendi ars angeli boni, vel ma-
li efficacior est, & meliores effectus facit, q̄ ars hu-
mana, & hoc propter duo. primo, quia cum effectus
corporales in inferioribus maxime depēdeat a cele-
stibus corporibus, tūc præcipue ars potest fortiri ef-
fectum, quādo virtus celestis corporis ad hoc coo-
peratur. Vnde in operibus agriculturæ, & medicinæ
valet consideratio motus, & situs Solis, & Lunæ, &
aliarum stellarum, quarum virtutes, situs, & motus
multo certius cognoscūt angeli naturali cognitione
q̄ homines. Vnde horas eligere possumus meli⁹,
in quibus virtus celestis corporis ad effectus intētos
magis cooperetur, & hæc videtur esse rō quare Ni-
gromānci in inuocationibus demonū situs stella-
rum obseruant. Secunda ratio est, quia virtutes acti-
uas, & passiuas ī corporibus inferioribus melius no-
uerunt q̄ homines, & facilius, & celerius applicare
possunt ad effectū, utpote qui imperio suo corpora
localiter mouent: vnde et Medici mirabiliores effe-
ctus in sanādo faciunt, quia plura de virtutibus rerū
naturalium faciunt. Tertia ratio potest esse, quia cū
instrumentum agat non solum in virtute sua, sed in
virtute mouētis (inde et corpus celeste aliq̄ effe-
ctum habet ex virtute substantiæ spiritualis mouētis,
sicut q̄ est cā vitæ, ut patet in animalibus ex putrefac-
tione generatis, & calor naturalis inquantū est in-
strumentum animę vegetabilis, agit ad speciem carnis)
nō est incōueniens ponere q̄ ipsa corpora natura-
lia, inquantum sunt mota a spiritali substantia, for-
tiatur maiorem effectum. Quod uideri pot. ex hoc,
quod Ge. 6. dicitur, Gigantes erant super terram in

Lib. 9. super
Gen. cap. 17.
ad innuit.

Lib. 2. co. 22.
& 79. tom. 2.

diebus illis: postquam enim ingressi sunt filij Dei ad
filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes
a sæculo viri famosi. & gl. quædam ibidem dicit,
q̄ non est incredibile a quibusdam demonibus, cum
mulieribus sunt incubi, huiusmodi homines, i. Gi-
gantes, esse procreatos. Sic ergo patet q̄ angeli boni
vel mali, virtute naturali, miracula facere nō pos-
sunt: sed quosdam mirabiles effectus, in quibus eorū
operatio est per modum artis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ licet naturalis
ptas angeli, vel demonis sit maior quā naturalis po-
tetas corporis: non tū est ad hoc, q̄ immediate for-
mam in materia inducat, sed mediante corpore: vñ
hoc facit nobilius q̄ corpus, quia primum mouens
principaliter est in agendo quā secundum.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ formæ rerum natu-
ralium in mente angelica existētes sunt magis actua-
les q̄ formę, q̄ sunt in materia, & propter hoc sunt
immediatum principium perfectioris operationis,
quę est intelligere. Operationis vero, quę est actio
materiam transmutans, non sunt immediatum prin-
cipiū: sed mediante voluntate, & voluntas mediāte
virtute, & virtus immediate mouet motum localem,
quo motu mediante, cū causa aliorum motuum, &
est causa aliqua inductionis formæ in materia

AD TERTIVM dicendum, q̄ formæ et quæ sunt in
intellectu humano, non sunt actiue rerum artificialium,
& organum naturalibus, & instrumentis artificialibus.

AD QVARTVM dicendum, q̄ virtus cui pot. aliquod
organum adhiberi, qd sibi rēdat, quārum ad oēm
operationem, debet habere organum cōiunctum,
sicut virtus visiva, oculum. Nullum autē corpus po-
terat hoc modo angelo respondere, quod eius virtu-
tem adquaret: & iō non habuit angelus corporeū
organum naturaliter cōiunctum. Vnde & Philoso-
phi, qui posuerunt substantias separatas nō hēre ef-
fectus in istis inferioribus, nisi mediante celo, posue-
runt aliquam substantiam spiritualem vñri celo, vt
proprio instrō, quam animam celi dicebant. Aliam
vero nō vñriam dicebant intelligentiam, a qua mo-
uetur anima celi, sicut desiderans a desiderato.

AD QVINTVM dicendum, q̄ angelus, & si cœlum
moueat, pot. tamen habere actionem in hæc infe-
riora absque motu celi, trouendo alia corpora, &
absq; oī corpore intelligendo: licet forma in mate-
ria absque corporali agente imprimere non possit.

AD SEXTVM dicendum, q̄ cœlum cum sit agens
corporeum, potest esse immediatum alterans, &
mouens ad formam: non est autē simile de angelis.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ aīa naturali ordinata
suo imperio mouet corpus localiter, nā vis eius ap-
petitiua est imperas motū, & corpus obedit ad mo-
tū, quod et est p̄ virtutes motiuas, q̄ sunt organum
fixæ, & fluunt ab aīa in corpus, quod est ab aīa for-
matū. Aliæ vero alterationes, vt calefactionis, im-
gidationis, & similia, sequuntur ab aīa mediāte
motu locali. Patet et q̄ ex ipsa imaginatione sequitur
passio, per quā aliquo modo variat motus cordis,
& spirituum: ex quibus vel retractis ad cor, vel diffusis
in mēbra, sequitur aliqua alteratio in corpore, quæ et
pot. esse infirmitatis causā, præcipue si sit materia dis-
posita. Et per hoc patet solutio AD OCTAVVM.

AD NONVM dicendum, q̄ virtus angeli dī infinita
inferius, inquantū nō est virtus in materia recepta,
& p̄ hoc nō limitatur ab inferiori recipiēte. Nō ta-
mē est infinita superius, vt supra dicitur, quia a Deo
rcc.

recipitur in Angelo esse finitum. Et ideo eius substantia determinatur ad aliquod genus, & per consequens eius virtus determinatur ad aliquem modum agendi, quod de Deo dici non potest.

AD x. dicendum, quod licet Angelus faciat res mirabiles, per modum artis, ut supra dictum est: non tamen facit miracula.

AD xi. dicendum, quod licet motus locales inferiorum corporum sint a determinatis motoribus naturalibus, sicut, & alij motus: tamen corporalis creatura naturali ordine, obedit spirituali ad motum localem, non ad alios motus, ratione supradicta: & precipue si virtus eius non est determinata ad aliquod corpus, sicut est virtus animae ad corpus sibi coniunctum.

AD xii. dicendum, quod sicut substantia spiritualis creata non potest suo imperio imprimere formam in materia: ita non potest suo imperio impedire, quin imprimatur ab agente naturali. Et si hoc aliquando faciat, facit per appositionem alicuius impedimenti naturalis, quamvis sensus humanos lateat, & precipue cum possit flammam ignis localiter mouere, ut combustibili non tantum appropinquet.

AD xiii. dicendum, quod creatura spiritualis separata potest immutare phantasiam naturalem virtute, non imperium inducendo formas in organo phantasiae, sed per aliquam commotionem spirituum, & humorum: patet in quibusdam transmutatione in his facta, phantasiae apparet, ut in phreneticis, & dormientibus. Et ad hanc phantasiae imitationem, est quaedam res naturales dicuntur efficaciam habere, quibus nigromantici uti dicuntur ad uisus illudendos. Et per hoc patet responsio ad xiiii.

AD xv. dicendum, quod sicut virtus angeli est supra virtutem corporis caelestis, ita & operatio, ut dictum est: non tamen ad hoc quod immediate formam in materia solo imperio inducat.

AD xvi. dicendum, quod finita virtus potest de potentia in actu aliquid adducere, non tamen qualibet finita, nec quolibet modo. Qualibet enim virtus finita habet determinatum modum agendi.

AD xvii. dicendum, quod etiam nihil impedit agens aliquid, non potest id ad quod virtus sua non se extendit: sicut ignis non potest infrigidare, etiam si nihil exterius impedit. Unde non sequitur quod si angeli non possint imperio suo formam in materia inducere, quod ab extrinseco impediatur: sed quia ad hoc virtus eorum naturalis non se extendit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum boni angeli, & homines per aliquod donum gratiae miracula facere possint.

Quarto quaeritur, utrum boni Angeli, & homines per aliquod donum gratiae miracula facere possint. Et ut sic. Ordines Angelorum non sunt constituti nisi ad ea quae Angeli faciunt: sed ordo aliquis Angelorum institutus est ad miracula faciendum. Dicit enim Grego. in Homil. quadam, quod virtutes sunt, per quas signa, & miracula frequentius fiunt. ergo Angeli per gratiam miracula facere possunt.

¶ 2 Præ. Act. 6. dicitur, Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Non autem premitteretur Dei gratia, nisi actus sequens ex gratia procederet. ergo per virtutem gratiae etiam homines miracula facere possunt.

¶ 3 Præ. Donum gratiae non datur nisi ad id quod per habentem gratiam fieri potest: sed aliquibus datur donum gratiae gratis datæ ad miracula faciendae: unde dicitur

1. ad Cor. 12. Alij datur gratia sanitate in vno spiritu, alij operatio virtutum. ergo sancti per gratiam miracula facere possunt. Sed dicebat quod sancti dicitur miracula facere non agendo, sed impetrando a Deo ut fiat.

¶ 4 Sed contra, impetratio orationis fit per ea quae reddunt orationem Deo acceptam, hoc autem fit per fidem, charitatem, & alias virtutes pertinentes ad gratiam gratam facientem. non ergo oportet ad signa faciendae dari sanctis aliquod donum gratiae gratis datae.

¶ 5 Præ. In 2. dial. Greg. dicit, quod qui deuotamente Deo adherent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroque solent, ut mira quaeque; aliquando ex prece faciunt, aliquando ex potestate.

Quod autem aliquis ex potestate facit, operando facit non solum impetrando. ergo angeli, & sancti homines etiam agendo miracula faciunt.

¶ 6 Præ. Triplex est rerum cursus secundum Aristotelem naturalis, voluntarius, & mirabilis: sed in cursu rerum naturali, angeli tanquam medij inter Deum, & corpora naturalia aliquid agunt, ut dicit Aug. in 3. de Tri. Oia corpora a Deo reguntur per spiritum vitae rationalem. & Greg. in 4. dial. dicit, Nihil in hoc mundo visibile, nisi per creaturam inuisibilem disponi potest: Similiter etiam cursum rerum voluntarium: nam ipsi angeli sunt medij inter nos, & Deum, illuminationes a Deo acceptas in nos deferentes. ergo etiam in cursu rerum mirabilium angeli sunt medij, ita quod eis agentibus miracula fiunt. Sed dicendum, quod angeli sunt medij non sicut agentes virtute propria, sed virtute diuina.

7 SED CONTRA: Quicumque operatur in virtute alterius, aliquo modo agit id quod fit per illam virtutem. Si ergo angeli in virtute diuina operantur ad miracula faciendae, ipsi aliquo modo agunt.

¶ 8 Præ. Lex vetus miraculose a Deo est tradita: unde habetur Exo. 19. quod cooperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem: sed lex data est per angelos, sicut habetur Galat. 3. ergo per angelos miracula fiunt.

¶ 9 Præ. Aug. dicit in 1. de doct. Christ. Omnis res, habetur, & non datur, si in dando deficit, nondum habetur quomodo habenda est, sed potestas faciendi miracula est in Deo, & si alteri daretur in eo non deficeret. ergo si non dedit alijs hanc potestatem, ut quod non habeat eam qualiter habenda est: & ita ut quod angelis, & hominibus Deo dederit potestatem miracula faciendi.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Qui facit miracula magna solus.

¶ 2 Præ. sicut dicit Ber. in lib. de Dispensatione, & precepto: Ille solus potest legem immutare, vel dispensare in lege, qui legem condidit, sicut patet in legibus humanis, quod solus Imperator potest legem immutare qui legem condidit: sed solus Deus legem naturalis cursum instituit. ergo ipse solus potest miracula facere, praeter cursum naturalem agendo.

RESPON. Dicendum, quod angeli supra naturalem potestatem quam habent agendi, possunt aliquid per donum gratiae, in quantum sunt diuinae virtutis ministrum. Et potest dici, quod ad miracula faciendae angeli tripliciter operantur, vno modo precibus impetrando quod modus, & hominibus, & angelis potest esse communis alius modus est secundum quod angeli materiam disponunt sua naturali virtute ad hoc, quod miraculum fiat: sicut dicitur quod in resurrectione colligunt pulueres mortuorum, quod diuina virtute reducuntur ad vitam: sed hic modus proprius est angelorum. nam humani spiritus, cum sunt corporibus uniti in exteriora operari non possunt, nisi corpore mediante ad quod sunt quodammodo naturaliter alligati.

Quaest. dist. S. Tho. H 4 Ter-

Lib. 1. ca. 19. in med.

In lide peccato originali, cap. 14.

Lib. 3. c. 4. n. 6. procul a precepto, com. 4. 4. dial. c. 5. n. 6. procul a fin.

Lib. 1. circa princ. co. 1.

Vide 1. part. q. 11. ar. 4.